

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

In Christo autem nequaquam fuit caro peccati,
sed caro, quæ salutaris est medicina contra pec-
catum & oblata ad ipsius peccati destructio-
nem & deletionem. Ita rectè Damascenus lib. III.
de O. E. cap. XIII.

FERIA II. PASCHATOS.

HER. Jesu! Do dein Leib ins Grab wird
eingesencket /
So wird auch meine Sünd' im Grabe mit-
umsehrencket.

Wer stirbt auff dein Verdienst/ de-
ruht im Grabe auß/
Der Tod ist sein Gewinn/ das Grab
sein Friedens-Haus.

Ex Luc. XXIV. 25. 26.

O tarde fidei mentes! ò pectora caca!
Per mortem Christus transit ad astra poli.

ORACULUM SACRUM XXV.

Act. XIV. 22.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Διά πολλῶν θλίψεων θεῶ ἡμῶς εἰσελθεῖ
εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Ἰησού.

Verf.

Versio Vulgata.

Per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum DEI.

Versio B. LUTHERI.

Wir müssen durch viel Trübsal in das
Reich Gottes gehen.

N O T Æ.

1. Apostolus heic non loquitur de ullo opere bono, nec de ejus ad consequendam salutem necessitate, sed de afflictionibus, usq; in voluntariis.

E. ex hoc dicto necessitas bonorum operum ad salutem consequendam non potest stabiliri, contra Pontificios, hunc locum pro adstruenda bonorum operum necessitate ad salutem consequendam adducentes.

2. Nec Apostolus heic agit de afflictionum tolerantia, sed de afflictionibus ipsis, contra eosdem.

3. Notatu digna est hæc Theologorum maxima: Multa scriptura testimonia non definiunt causam justificationis, sed modum tantum, quem DEUS observare solet in introducendis credentibus ad vitam æternam: Alii hunc canonem ita enunciant: Afflictio piorum est medium ad regnum

regnum Dei, non ratione adprehensionis, sed duntaxat respectu perfectionis. Hinc prepositio $\Delta\theta$ h. l. non accipitur *αιτιολογικῶς*, sed *πνευματικῶς*. Vid. loca parallela 1. Cor. IX. 25. 2. Tim. II. 5. Phil. II. 12. 2. Thesf. I. 6. 1. Pet. IV. 14. & cum primis Ebr. II. 10. ubi Apostolus ait: Decebat autorem salutis per passiones, $\Delta\theta$ *πνευματικῶς* consummare, i. e. æternâ & perfectâ gloriâ donare. Ubi sanè dici nequit passio- nis Christi ad consequendam gloriam necessitatem intelligi, sed nudum potius ordinem, quem etiam ipse Christus ostendit, quando in hodierno Evangelio discipulos peregrinantes, his alloquitur verbis: Nonne hæc oportuit Christum pati, & intrare in gloriam suam. Luc. XXIV. 6. ubi particula $\kappa\alpha\iota$ necens $\tau\epsilon\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\iota\sigma$ cum $\tau\omega\ \pi\alpha\theta\epsilon\iota\sigma\iota\sigma$ ordinem indicat, quod ad passionem Christi gloria & majestatica exaltatio consequuta fuerit. Hinc vulgata versio declarationis gratiâ rectè adjicit particulam **ITA**. Et **ITA** intrare in gloriam suam, *contra eosdem*.

4. Si per multas tribulationes nos in regnū cœlorum ingredi oportet, utiq; felicitas temporalis vera Ecclesiæ infallibilis nota non erit, *contra eosdem*, & cum primis Bellarminum, qui lib. 4. de Ecclesia c. 3. felicitatem temporalem Ecclesiæ notam constituit infallibilem. **SUFF.**

SUFFRAGIUM PATRUM

*Quod pios per passiones oporteat intrare
in regnum cœlorum*

Ex passione malorum est ingressus in gloria, *Theophylactus in cap. 14. Luc. f. 142. 6.*

Per presentes vexationes itur in requiem eternam, *Hilarius sup. cap. 14. Epist. ad Rom.*

Nisi præceserit pugna, non potest esse victoria, *Cyprian. serm. 4. de Immortal.*

Coronæ in eos comparantur, qui certamine congregiuntur, non qui fursum sedent veluti spectatores. *Greg. Naz. orat. 1. in Julian.*

Christus favos post fella gustavit, nec ante Rex gloriæ à cœlestibus salutatus est, quam Rex Judæorum proscriptus, in cruce minoratus primum à Patre modicum quid citra Angelos, & ita gloriæ & honore coronatus, *Tertullian. lib. de coronâ milit. cap. 14.*

Caput nostrum per passiones & angustias cœlum introire videmus, & nos membra ejus alta itinera somniamus, *inquit sanctus ille Hippo- nensium, Episcopus.*

Quod temporalis felicitas non sit infallibilis nota Ecclesia.

Ne magni pendamus terrenam felicitatem

tem, quæ malis etiam plerumq; conceditur, nec eam rursus quasi malam arbitremur, quoniam etiam multos pios & bonos, unius veri DEI cultores, eâ præpolluisse videamus, *inquit Episcopus modo nominatus lib. 2. de C. D. cap. 23.*

Placuit divinæ providentiæ præparare in posterum bona justis, quibus non fruuntur iniusti, & mala impiis, quibus non cruciuntur pii. Illa verò stempolia bona & mala utrisq; voluit esse communia, ut nec bona cupidius appetantur, quæ mali habere cernuntur, & mala turpiter evitentur, quibus & boni plerumq; adficiuntur, *Idem lib. 1. de C. D. cap. 8.*

Plura qui hæc de re desiderat Patrum testimonia, adeat partem primam Dominic. Jubilate. Ego hæc subsisto & nunc addo

RHYTHMOS GERMANICOS.

Mein Jesus rufft: kommt her/ und hört
an dieser stadt/

Was der Propheten Chor von mir gesung
gen hat/

Das ist nun alle erfülle. So hab ich
müssen leyden/

Und durch mein Creuz nnd Tod ein
gehn zur Himmels-Freuden.

Ex v. 34.

arda fides abeat: vesana socordia cedat.
Surrexit Christus, surget & indepius.

ORACULUM SACRUM XXVI.

Rom. IV. 25.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν ἁγίαν καὶ θεογονοῦσάν

ἡμῶν, καὶ ἐγὼς τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

Versio Vulgata.

Christus traditus est propter delicta
 nostra, & resurrexit propter justificatio-
 nem nostram.

Versio B. LUTHERI.

Jesus ist umb unser Sünde willen,
 dahin gegeben/ und umb unser Gerech-
 tigkeit willen aufferwecket.

N O T Æ.

1. In frontispicio hujus sacri oraculi oc-
 currit vocabulum Ἰησοῦς, ex quo ita colligo:

IESUS traditus est propter peccata no-
 stra E. non Pater, contra Sabellianos, qui per-
 sonas in divinitate confundentes, adseribant eun-
 dem